

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

An regula Naaman, qui, licet inuitus, ingressus est templum idoloatrum,  
excuset à peccato. tit. 135

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

la & si præsumit, tyrannus est. Nec eum timere de-  
lxor: nā licet persequatur, occidat, irascatur, am-  
plius non potest: sed potius timēdus est, qui vtrunq;  
potest perdere, id est, corpus & animam, Matt. 10. & si  
quid hic patitur vxor, martyr est, modò habeat pati-  
entiam. Sic enim cōplures optimæ matronæ potius  
elegunt mori, quām malis maritis obedire. Sic oc-  
cūtur Regina, vt legitur in legenda S. Catharinæ.  
Item cum filijs sese suffocat, ne Arrianis consen-  
tu, vt dicit Eusebius.

Quarto inquiunt: Vir debet reddere rationem de  
voto in die nouissimo. Respondeo, de rebus fidei nō  
oportet: nam stabimus omnes ante tribunal Christi,  
n̄ quisque pro se reddat rationem, 2. Cor. 5. at de re-  
gimine corporali, quatenus indignè tractārit vxori,  
& quod diligenter obſtiterit vxori & pueris, q̄  
omnia perdidit ludendo & dilapidauerit, &cæt. de  
omni verbo & facto malo, Mat 12. ideo falsum est ar-  
gumentum, quod trahere possint vxores ad sectam,  
ut Non stabit in iudicio pro te vir tuus, aut tu pro il-  
lo, sed de factis proprijs oportet reddere quempiam  
rationem. Non ergo tenetur mulier obedire contra  
conscientiam fidei, & obedientiam catholicæ Ec-  
clie. At si ex complacentia viri facit contra consci-  
entiam & fidem catholicam, inquiens: si velim tran-  
quilla & commoda pace frui apud illum, oportet me  
befacere, sicut vult maritus. Respondeo, ergo & cum  
vivo ibi in æternam maledictionem. Gal. 5. Sectæ re-  
gum Dei non possidebunt: & si aliter fieri omnino  
nequit, tunc teneas regulam Naaman principis mi-  
litare, Reg. 5. Sin autem vitare poteris, fac, & com-  
mendate Deo, &c.

*AN REGVLA NAAMAN QVI  
licet iniuitus, ingressus est templum, idolo-  
latrarum, excuset à peccato.*

YY 2 TITY-



OTandum primò est, quod Regis  
gitur, quod Naaman princeps milia  
rogauit Helisæum Prophetam, ut Deo  
minum pro ipso exoraret, ne ipsi impa-  
taret ingressum in templum regis cum  
rege gentili, & Propheta nihil respōdit, sed dixit Vnde  
de in paece. Iam quæritur, an catholicus sic positi-  
trare Ecclesias sectariorum & communicare illorum  
sacramentis, attamen seruare mentem apud Eccle-  
siā catholicā, id est, sub fide sectaria & communi-  
catione sacramentorum, habere intentionem, sicut  
in catholica Ecclesia acciperet, ut sacramentis se-  
ctariorum, possit intentione occulta facere catholicum, &c.

Secundò notandum, quod potissimum ad salutem  
necessaria est fides & poenitentia. Hæc etiam elpra-  
dicatio Christi, & Ioannis Baptistæ, ac Apostolorum,  
Mar. 1. Mat. 3. Lucae vlt. Poenitentia & credite Eu-  
geliu. Ideo fundamentum acquirēdæ gratiæ proposi-  
Christum, est fides & poenitentia.

Tertio, omnia alia sacramenta externa, sunt signa  
aut fidei aut poenitentiae. Sic circuncisio fuit signum  
fidei Abrahæ, Rom. 4. & baptismus est signum  
fidei & poenitentiae. Confirmationis, ordo, eucharistia  
sunt signa fidei, matrimonium & vincio poenitentiae.  
Omnia ad hæc duo referuntur, id est, fidem & pen-  
tentiam, & hæc duo potest homo in omni loco & qua-  
cunque in Ecclesia fuerit, habere in mente, & dirige-  
re intentionem ad Deum in cœlis: nō enim hæc pen-  
det ab hominibus. Ista esse & retineri possunt in cor-  
de, quod sufficient ad salutem, etiam si signa, id est,  
sacramenta, quis externè per impossibile habere non  
posset. Non enim alligauit Deus potentiam suam su-  
eramentis.

Quartò, quod ad externa sacramenta, hoc nota-  
dum,

dam, quod quædam sunt necessitatis, ut Baptismus,  
Mar. vlti. Ideo hoc etiam à muliere tempore manife-  
stare necessitatis conferri potest, itidem & ab heretico.  
Nam Christus est qui baptizat, Ioan. i. ob id pueri ve-  
rbis baptizatur, & accipiunt Spiritum sanctum, si apud  
mutatem manserint: quare si aliter non potest fieri,  
nam sacramentum hoc accipi potest ab hereticis. at  
quid tunc de eucharistia? Respondeo, hoc non est sa-  
cramentum necessitatis, scilicet, sic realiter commu-  
nicari à sacerdote heretico. Ideo communio spiri-  
tualis qua sit per fidem, id est, qua quis credit Chri-  
stum mortuum pro suis peccatis & sanguinē fusum,  
Matt. 26, hoc tempore manifestæ necessitatis sufficit.

Augustinus: Crede, & manducasti.

Adices: Si possum baptismum accipere ab heretico,  
cur non etiam eucharistiam? Respondeo, nō est simi-  
le. Nam de baptismō consentiunt omnes, tam Catho-  
lici, quam sectarij, quod fiant remissionem peccato-  
rum penitenti & credenti in Christum, Actor. 2. Ibi  
una fides est ubique: at de eucharistia non est simi-  
le, ibi secte multos habent errores. Hæc dicit, Panem  
manere: altera negat diuinitatem: altera, esse extra v-  
num non sacramentum, &c. quia ergo ibi non est una  
fides, ideo catholici abstinēt ab illorum communio-  
ne. Dices autem: Damnabor, si nō communicauero?  
Absit! Habet spiritualem interea communionē. Quid  
si potestas cogat ad communionem sectariam? nun-  
quid obediam? Absit, si hoc excusaret, nullus sancto-  
rum fuisset martyrizatus, qui omnino resistebant ad  
martyrium usque. At dices: Exigua est res de com-  
munione sub utraque parte. Respondeo, non solum com-  
munio, sed etiam adhæsio & confirmatio sectæ in hoc  
pertinet. At obiciunt quidam: Sectæ non credunt ve-  
num esse corpus Christi, ideo si cōtingat me vñā cum  
ipsis accipere nudum panem & viaum propter com-  
munionem & amicitiam illorum seruādam, sicut aliās

YY 3 in

in symposio & cōuiuio fit, non est res grandis. adq; enim opus est me h̄c cum illis multūm rixari: spondeo, Paulus ad Rom. 10. dicit, Corde creditur. iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem: si fidei necessaria confessio ad salutem, non te iuuabit illa palliatio: alioqui nullus confessorum fuisset marginizatus. Matt. 10. Qui me negauerit coram hominibus, &c. & Paulus arguit Petrum publicè, Ga. 3, quod non recte ambulasset &c. Non enim licet Nicodemus agere in causa fidei & sacramentis. Ergo non excedat hic regula Naaman principio &c. nec Naaman accedit aliquod sacramentum à gentibus, quando nullum habebant.

*AN VOTVM RELIGIONIS IMPEDIAT MATRIMONIUM.*

TITVLVS CXXXVI.



R IA occurunt notanda: Primò, quid sit votum. Secundò, quomodo scriptura docet vetum obligare hominem. Tertiò, quod instet periculum committentibus.

Primò, votum est promissio, qua se se homo obligat D E O, ad aliiquid præstandum diebus, vita vel ad aliquod tempus. Sic vovemus & promittimus Deo fidem Christi in baptismo, idq; & liberè: nemo enim nos cogit hoc promittere &c. Christus nullum ad fidem compellit, sed dicit: Qui crediderit & baptizatus fuerit, &c. Marc. vltimo. Sic aliqui vocati castitatem specialiter, interim certum est, quod quilibet alioqui tenetur esse castus, etiam in statu coniugali, item esse obediens magistratui extra monasterium, & esse pauperem spiritu, etiam in diuitiis. Hic specialis ultra hoc est promissio, quam pro foli